

Dei, qui fons est et origo omnium bonorum, merito his omnibus nominibus *beata* nominari et praedicari ab omnibus nationibus debet, ut de seipsa prophetavit dicens: *Beata me dicent omnes generationes*. Illud tamen silentio non praeteribo, quod in magnam Virginis laudem cedit, observatum a nobis esse, nusquam generationum omnium laudem, et praedicationem nisi Deo tribui, in illa illud (*Psal. 139*): *In generatione, et generationem annuntiabimus laudem tuam: et illud: Domine memoriale tuum a generatione in generationem*; unde cum propria haec Dei laus Mariae tribuitur, illud certe in causa erit, quod Deum genuit, et eius mater est, cui omnium generationum laus debetur.

Porro iam explicare opus est, quid intellexerit b. Virgo per omnes generationes, a quibus se laudandam ratificata est. Antequam tamen id praestem, praesupponere oportet, beatissimam Virginem certe praecognovisse, prophetico spiritu afflatam celeberrimi sui nominis famam per universam terrarum orbem longe lateque diffundendam fore; ad quod alludens ipsa dixit (*Cant. 4*): *Surge aquilo, et veni auster, perfla ortum nevum*. Sed usquequo fluent, o dilectissima sponsa, aromata horti tui? usquequo fluet odor clarissimi nominis tui? certe in generationes generationum, quia generatio et generatio laudabunt opera tua: si enim bonum nomen, et fama non solum in vita, sed etiam post mortem sanctos et iustos concomitatur, iuxta illud (*Ps. 111*): *In memoria aeterna erit iustus*; et contra vero nomen impiorum putrescet, ut dixit Sapient (*Prov. 10*), et ut ait David (*Ps. 33*): *Perit memoria eorum cum sonitu*; multo magis Dei Genitricis immortalis fama, ac praestantissimi nominis eius laus per omnium ora volabit. Nobis quidem, ut significaret suavitatem odoris, quem immaculata eius vita efflaba, dixit (*Iob 9*): *Dies mei pertransierunt, quasi naves poma portantes*, quia sicut navibus odoriferis pomis onustis contingere solet, ut flante vento suavissimum post se odorem relinquunt, ita inculpabilissimo Iob accidit, ut quicumque via transibat, suavissimum sanctitatis vitae suae odorem relinqueret, ac per universum orbem illum spargeret. Quid quaeso fuit b. Virgo, nisi mystica navis odoriferis caelestium charismatum pomis onusta, ipsa dicens (*Cant. 7*): *Poma vetera, et nova servavi tibi, dilecte mi*? haec ergo navis per mare huius mundi, Spiritu sancto instar naucae illam gubernante, in saeculae suae vitae suavem adeo odorem spiravit, ut ad omnes nationes mira eius fragrantia perlingeret, ut in figura eius de regina Esther (*c. 9*) praedictum legitimus: *Fama nominis eius crebescat quotidie, et per omnium ora volitabat*. Quare potiori iure quam de rege Iosia licebit mihi dicere de regina Maria (*Eccles. 49*): *In omni ore quasi mel indurcoratur eius memoria, et ut musica in conchivino vini*. Cum igitur beatissima Virgo exploratum haberet ob celsissimam, ac inaudiam Matris Dei dignitatem, nominis eius famam a mari usque ad mare, et usque ad terminos terrae fore divulgandam, consequenter agnovit ab omnibus generationibus beatam esse praedicandam.

Verum ut distinctius agnoscas, quaeenam sint istae generationes, duplicem illorum verborum interpretationem: *Beata me dicent omnes generationes*, breviter subiiciam. Primam tradit Hugo Card. (*super Magnif.*), qui b. Virginem esse ait velut centrum, seu medium terrae, ad quod omnium hominum generationes tanquam lineae a circumferentia ductae respiciunt: eius egregia verba haec sunt: *Ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes. Omnes gentes, scilicet Iudaeorum et Gentilium, virorum et mulierum, divitum et pauperum, angelorum et hominum: quia omnes per ipsam salutarem beneficium acceperunt, homines reconciliationem, angeli reparationem: Christus enim Dei Filius operatus est salutem in medio terrae, id est in utero Mariae, quae quaedam mirabili proprietate, terrae medium, appellatur. Ad illam enim respiciunt, et qui habitant in coelo, et qui habitant in inferno, id est, in purgatorio, et qui habitant in mundo. Primi, ut resuscitentur. Secundi, ut eripiantur. Tertii, ut reconciliantur. Ex hoc ergo beatam te dicent omnes generationes o beata Virgo; quia omnibus generationibus vitam, gratiam, et gloriam generasti; mortuis vitam, peccatoribus gratiam, miseris gloriam. Ita dicitur Iudith: Tu gloria Ierusalem, tu laetitia Israel, tu honorificentia populi nostri, quia fecisti viriliter. Primum est vox angelorum, quorum ruina per ipsam reparata est. Secundum est vox hominum, quorum tristitia per eam lactificata est. Tertium est vox mulierum, quarum infamia per ipsam deleta est. Quartum est vox mortuorum, quorum captivitas per eam reducta est; haec ille. Secundam interpretationem adhibet Albertus Magnus (*in comment. huius loc.*), asserens sub nomine omnium generationum intelligi omnes generationes virorum, mulierum, coniugatorum, virginum, et viduarum, viventium, et morientium. Generatio enim virorum Deiparam beatam proclamat, quoniam per eam ad nos propagata est benedictio, sicut per primam matrem maledictio; sicut enim haec dedit viro suo de ligno vedito, ut comederet, et quia mortiferum erat, mortem illi intulit, ita Deipara dedit nobis lignum vitae, ut de fructu eius comedentes in aeternum viveremus. Generatio mulierum beatam praedicat Deiparam, quoniam ab infamia et opprobrio maledictionis per eam liberata est. Virginum generatio beatam Mariam salutem, immo et beatissimam, ut ait Salomon (*Cant. 6*): *Viderunt eam filiae Sion, et beatissimam praediceverunt*, tanquam virginitalis magistrum, et virginum vexilliferam. Viduarum coetus cum vidua Anna in templo beatam illam praedicat, cuius meminit d. Lucas. Coniugarum status cum coniugata Elisabeth in illa verba prorumpit (*Luc. 1*): *Beata quae credidisti, quoniam perficentur ea, quae dicta sunt tibi a Domino*. Videntes omnes, quid, cum orant, frequentius in ore versant, quam: *Benedicta tu in mulieribus, et benedictus fructus ventris tui*? Morientes quid proclamant, nisi: *Maria mater gratiae, mater misericordiae, tu nos ab hoste proteges, et hora mortis suscipe*? Mortui tandem in purgatorio carere detrusi confidenter illam matrem misericordiarum, auxilium eius, ut iude educantur,*

BEATAM PRAEDICANT MARIAM GENERATIO DIVINA, ET ANGELICA.

inaccessanter implorant. Atque horum omnium gradus laudantium: *Beata me dicent*. Cancellarius autem parisiensis (*tract. 5. super Magnif.*) triplicem rationem assignat, ob quam Deipara ob omnibus generationibus sit laudanda: prima, quia ipsa mater est illius, qui fecit omnes generationes coeli, et terrae: secunda, quia ab initio, et ante saecula praedestinata fuit, ut esset affinis omnium generationum; et enim nostra soror ab humana specie; est mater, ex spirituali nostra regeneratione; est cognata angelis intelligendi acuminis ac mentis, et corporis puritate: tertia, quia cum omnes generationes tam coelestes, quam terrestres, hoc est tam angeli, quam homines, varia ab ea receperint beneficia, iure gratitudinis omnes illam perpetuo collaudare tenentur. Cui sit honor et gloria in saecula saeculorum. Amen.

HOMILIA XVII.

In eadem verba: *Beata me dicent omnes generationes: varia contextur b. Virginis encomia, quae tam gentiles, iudaei, haeretici, quam fideles ei detulerunt; inter quae pene innumerata, eaque clarissima epitheta, quibus divina eloquia, et sancti Patres Virginem exornant, recensentur.*

Antequam Deipara Maria recinisset canticum hoc, quo prophetas asseruit (*Luc. 1*): *Beata me dicent omnes generationes*, id ipsum Salomon praevidens in persona Virginis dixit (*Eccles. 24*): *Memoria mea in generationes saeculorum: ac si diceret: immortalis nominis mei fama per omnes generationes vagabitur, et omnia tempora transcendet. Quam autem id rationi consentaneum sit, his verbis sapienter probavit Ioannes Damascenus (*orat. 1. de Assumpt.*): *Si eorum, qui iustitiam coluerunt, memoria laudibus celebranda est, equis tandem iustitiae fontis, ac sanctitatis thesauro laudem non adhibeat? Beata est Virgo inter omnes generationes, sola, quae digna, quae beata praediceat. Ecce enim beatam te dicent omnes generationes, quemadmodum ipsa dixisti; te filiae Ierusalem, id est, ecclesiae viderunt, ac reginae, id est, iustorum amatae, beatam te dixerunt, atque in saecula collaudabunt; haec ille. Verum ego nomine generationum non solum fidelium generationem, sed omnes generationes, tam coelestes, quam terrestres comprehendi opinor, ita tamen ut universalitas haec sumatur pro generibus singulorum, non pro singulis generum, cum certum sit tam in praeterito, quam praesenti et futuro tempore numerari quosque, qui diabolo spiritu incitati, ex odio in Christum, b. Virginem execrunt. Quare cum omnes generationes ad tres praesentis vocari, ad generationem divinam, angelicam, et humanam; haec vero ad generationem gentilium, iudaeorum, haereticorum, et fidelium, qui solum legitimum sunt Ecclesiae catholicae romanae alumni, ab his omnibus generationibus beatam praedicari Deiparam Mariam facile monstrabo.**

Isaia de aeterna Dei generatione agens, dixit (*c. 53*): *Generationem eius quis enarrabit? et de eadem loquens David in persona aeterni Patris ait (*Psal. 109*): *Ex utero ante luciferum genui te*. Haec igitur generatio, hic divinus partus, unigenitus scilicet Dei et Virginis Mariae Filius, illam variis modis beatam praedicavit, multisque encomiis ad coelum usque exultit: nam praeterquam sancta Marcella dicebat: *Beata venter, qui te portavit, et ubera quae susceisti: cum ipse responderet: Quinimo beati qui audient verbum Dei, et custodiunt illud; consequenter beatam vocavit Matrem suam, divini Verbi vigilantem adeo custodem, ut nec minimum eius apicem unquam praeterisset. Observavi in celebratissimo illo Salomonis epithalamio, quod non contentus ille haec praecleara laude Mariam cumulare (*Cant. 4*): *Tota pulchra es, amica mea, et macula non est in te; insuper a vertice capitis usque ad plantam pedis sub ingenio satis metaphors et allusionibus illam commendat. De capite ait (*Cant. 7*): *Caput tuum ut Carmelus; de capillis (*ibid.*): *Comae capitis tui sicut purpura regis; de oculis (*ibid.*): *Oculi tui columbarum; de naso (*Cant. 7*): *Nasus tuus sicut turris Libani, quae respicit contra Damascum; de genis (*Cant. 1*): *Pulchrae sunt genae tuae sicut turritis; de dentibus (*Cant. 4*): *Dentes tui sicut greges tonsurae, quae ascenderunt de laeacro; de labiis (*ibid.*): *Vox tuus distillans labia tua; de gutture (*Cant. 7*): *Guttur tuum sicut vinum optimum, dignum dilecto meo ad potandum; de collo (*Cant. 1*): *Collum tuum sicut monilia; de uberibus (*Cant. 4*): *Pulchriora sunt ubera tua vino; de immaculato ventre (*Cant. 7*): *Venter tuus sicut accerus tritici. Quid plura? vocem eius commendat (*Cant. 2*): *Sonet vox tua in auribus meis; vox enim tua dulcis; imo et gressus eius laudat (*Cant. 7*): *Quam pulchri sunt gressus tui in calcamentis, filia principis. Ac tandem, ut paucis multa complectar, Rupertus (*lib. 7. de glor. Trinit.*) affirmat, totum Canticoium Iherosolitanum esse conscriptum, ut praecipue Dei sponsa Maria, quae ille nihil habet charius sibi que coniunctus, in eo vel maxime ab amatore divino, Deoque ipso depingatur; uno quaedam illic eius ipse generis, ut ad Ecclesiam et personam aliam, nisi Mariam, vix possint accomodari. Idem docet Andreas Cretenensis non vulgaris auctor (*serm. de dormit. Deip.*), dum ait: *Mariam in hoc ipso libro depingi, variisque modis mystice adumbrari.*****************

Anglica itidem generatio; hoc enim nomine appellantur, et comprehenduntur angeli a Moysae, cum dixit: *istae sunt generationes coeli, iuxta intelligentiam d. Augustini (1. de Gen. ad lit.)*, variis encomiis Deiparam exornat: in spiritu enim illam videntes laudant, et Iudeo dicente in persona Virginis: *Cum me laudarent astra malitiosa, et tubarent omnes filii Dei; deinde in ortu eius ceciderunt: Quae est ista, quae progreditur quasi aurora consurgens, pul-*

chra ut luna, electa ut sol? in annunciatione Gabriel angelus eximiam illam laudem ei detulit: *Are gratia plena; et alloquens Iosephum, Matrem Christi illum vocavit, quo nullus excellentior titulus inter puras creaturas excogitari potest (Math. c. 2): Accipe puerum, et matrem eius. In eius deinde assumptione coetus angelorum admirantes clamabant (Cant. 3): Quae est ista, quae ascendit per desertum, sicut virgula fumi ex aromatibus myrrhae, et thuris, et universi pulveris pigmentarii. Deinde tempore Magni Gregorii cum in processione quadam pro expulsiōne pestis per romanam urbem grassantis s. Pontifex progrediretur, praecunte imagine b. Virginis Mariae, auditū suū angeli canentes: Regina caeli lactare, alleluia; quia quem meruisti portare, alleluia; resurrexit, sicut dixit, alleluia: quibus verbis addidit s. Gregorius: Ora pro nobis Deum, alleluia: cuius facti ut diuturni ac firmior maneret memoria, quidam illorum angelorum, qui specie humana apparuerant, vestigia pedum impressa reliquū in lapide, qui Romae magna veneratione asservatur in conventu nostro Arae Coeli. Unde d. Athanasius (in Evang. de sanct. Deip.) ait: Beatam te praedicant omnes angelorum, et terrestrium hierarchiae, et hierarchias manus attollentes benedicunt tibi, quae et in caelis benediceris, et in terris beata praedicaris.*

§. II.

MARIAM BEATAM PRAEDICANT GENERATIONES GENTILIUM, ET IDOLA COLENTIUM.

Sicut ea est conditio falsitatis, vel erroris, ut etiam nullo impugnanate, plerumque conescat ac defluat, ita e diverso haec est veritatis inuata proprietates, ut quantumcumque sepulta, multis etiam impugnantibus, suscitetur, et crescat; unde recte Seneca (de verit.) dixit: Magna est vis veritatis, quae contra omnium ingeniorum calliditatem, solertiam, et contra factis hominum insidias facile se per seipsam defendit. Veritas ergo excellentiae, ac Mariana sanctitatis eius conditionis esse perhibetur, ut multis petulantibus oblatantibus, aliis impudentissime in eam debacchantibus, suppressi et sopiti non poterit: quinimo infestissimi etiam christianae religionis hostes rei veritate compulsi a laudibus laetae Virginis se abstinere non poterunt. Ut a gentilibus, et idololatriis exordiar, Salvaticus (2. p. de vict. Verbi Dei cont. Heb. c. 14) refert, quondam in Catania idololatrias in magna veneratione habuisse Virginem quondam, infantem propriis manibus hauriantem, qui interrogati, quare singulis annis imaginem illam per publicas plateas circumducerent, respondisse testatur, id in honorem et cultum cuiusdam Virginis praestare, quae Virgo manens peperit filium suum. Belsphoret deinde (in sua Cosmog.) simile quid narrat alios nationibus accidisse, quae ex antiqua traditione ipsam faciebant, quam a Sybillis originem duxisse putabant. Scholasticae historiae auctor a tempore Ieremiae commemorat aegyptiacas foeminas solitas fuisse, Virginem cum infante ubera eius sugentem cultu

religioso venerari, cuius rationem ab eis postulanti regi Ptolomaeo responderunt, ab antiquissimo tempore cum consuetudinem viguisse, per Ieremiae prophetae praedicationem, parituram Virginem eis praedicantem. Quibus omnibus consonat, quod refertur Zonaras Graecus (l. 5. suor. Ann.), et Baptista Fulgiosius (L. mirac.), Constantinopoli inventum fuisse sepulchrum, in quo lamina quaedam aurea inventa fuit cum hac inscriptione: *Christus nascetur ex Virgine, et credo in eum: temporibus Syrenae et Constantini rursus me videbis o sol. D. Antoninus (3. p. summ.)* tradit, Virginis imagines non semel in Turcarum locis visas fuisse adorari, thure adolari, et eam blasphemantem digno supplicio puniri. Lyrans in fine novi testamenti in apologia contra quemdam Iudaeum, et Reginaldus (lib. 3. c. 13) referunt memorabile illud Alchorani encomium in Virginis honorem: *Nullus de filiis Adam nascitur, quem non tangat Satan, et ideo plorat vociferans ex eius tactu, praeter Mariam et Filium eius: et ibidem etiam illa alia praecula vox resonat: O Maria cunctis civis, foeminisque praeclearior, soli Deo perseveranter studens. Ac tandem Surlius, et Ioannes Bonifacius (lib. 4. hist. Virg. c. 3) de s. Procopio referunt, quod cum Diocletiano imperatore de sua religione cum Flaviano iudice contenderet, haec obiecit: Si oraculis Flaviano fidem habes, Dodonei Iovis et Apollinis, tum Pythii, tum Delphici, et Ammonis, quibus tui similes credunt, multa ex his omnibus promere mihi liceat, sed brevitatis causa duo Delphici Apollinis responsa testator. Nam de humani generis vindice et liberatore Christo Iesu, deque eius matre Virgine, ita Iasoni nihil tale suspicanti respondit: cum enim Argonantarum duae ille a graecis poetas celebratas, de tempore quod Athenis in arce constructum esset Apollinem, Delphi consuleret, in hunc modum praedixit: *Phoe vates cuiusnam erit haec aedes? cui sit in posterum servitura? quaecumque ad honestatem virtutemque vos incitant, facite; ego autem tres cupio, Deum unum regnantem apud superos, cuius Verbum ab interitu alienum, conceptum in simplici Virgine, quod tantquam ignitus arcus percurrens mundi medium omnes capiens, eos adducet donum Patri: huius erit haec aedes, Maria autem erit nomen eius. Deinde subinixit aliud oraculum Christum attestans: *Patrem Christo quidem vitam immortalē, Matrem mortalem dedisse.***

His omnibus non praetermittam adiungere Gentilium Sibyllarum oracula, quarum meminere Diodorus (l. 5. c. 6), Solinus (in Poli. c. 8), Elianus (de varia hist.), Lactantius (lib. 1. de divinat.), Marsilius Ficinus (l. de rell. cath. c. 24), Ludovicus Vives (in comment.), Varro (lib. de reb. div. ad c. Caes.), Canisius (de corr. verbi Dei l. 2. c. 7), Virgilius (Eglo. 4), Philippus Bergomatus (lib. 4. supp.), Genebrardus (l. 2), et Bosius (l. 4. c. 6. de sign. Eccl.). Exordior autem a Sibylla Persica, quae secundum sententiam Niccanoris, fuit ex Persia, ex Chaldaea, vel Iudaea, natam vero asserit circa mare rubrum in civitate nomine Noe; patrem eius ait fuisse Berosum, matrem vero Erimaniam: huius Sibyllae in laudem Virginis haec sunt verba:

Solo sed satis est oracula prodere verbo,
Ille Deus casta nascetur Virgine magnus.

Sibylla Libyca, cuius meminit Euripides (in prologo suae Lan.) idipsum de Virgine praedixit:

Aequus erit cunctis, gremio rex membra declinat
Reginae mundi sanctus, per saecula vivus.

Sibylla Delphica in Delphos nata, ante Troianam ruinam, cuius multa carmina in suo opere Homerus permiscuit, alia persimilia cecinit:

Eximii qui virgine conceptus ab alvo
Prodit sine contactu maris, omnia vincit
Hoc naturae opera: at faciet qui cuncta gubernat.

Sibylla Samia in insula maris Aegei nata circa Thraciam, vel ut aliis placet, in altera insula Samos eiusdem maris, quae respicit contra Ephesum, appellataque fuit Pitone, ut auctor est Erostenes in annalibus Samii, haec in honorem Virginis praedixit:

In cunctis humilis, castam pro matre puellam
Diliget, haec alias forma processerit omnes,

Sibylla Hellespontica, dicta Marmissa, in territorio Troiano nata, de qua Heraclides Ponticus testatur vixisse tempore Solonis philosophi, et magni regis Cyri, haec carmina scripsit:

Dum meditor quondam, vidi decorare puellam,
Eximio castam, quod se servaret, honore,
Munere digna suo, et divino numine visa,
Quo sobolem multo pareret splendore micantem
Progenes summi speciosa et vera tonantis,
Pacifica mundum qui sub ditone gubernet.

Sibylla Phrigia, quae in civitate Ancirae nata est, haec de Virgine vaticinata est:

Ipsa Deum vidi summum punire volentem,
Mundi homines stupidos et pectora caeca rebelles,
Et quia sic nostrum compleverit crimina, pellen
Virginis in corpus voluit demittere caelo.
Ipse Deus prolem, quum nuntiet Angelus almae
Matris, quae miseris contracta sorde levaret,

Tiburtina Sibylla, nomine Albunea, nata in Tiole, seu Tituli loco e romana urbe per sexdecim milliaria distanti, illa egregia inter alia carmina edidit:

Concipit quae Nazareis in finibus illum
Quem sub carne, Deum Bethlehemitica rura videro
O nimium felix coelo dignissima mater, hunc
Quae tantam sacro lactabit ab ubere prolem!

Erythraea Sibylla, nata in civitate Ioniae, urbe, a Clemenē celebrata (in epist. ad Corint.), nec non a d. Augustino (18. lib. de civ. Dei), in hunc modum Virginem commendat:

Cerno Dei Matrem, qui se demisit ab alto,
Ultima felices referent cum tempora soles,
Hebraeae quem Virgo feret de stirpe decora
In terris, multum teneris passurus ab annis:
Magus erit tamen hic divino carmine vates
Virgine Matre satus, prudens tempore verax.

Cumana, seu Cimeria in civitate progenita, quae et Amalthea, Hieraphile, aut Demophile appellata, de qua Dionysius Haliarnasensis, Solinus, Aulus Gellius, et Servius commemorant obtulisse Tarquinio Superbo Romano regi libris novem pretio trecentorum Philippeorum, qui aerea magno pretii numismata erant, vendendos, rege autem propter excessivum pretium emptionem respuente, illa constomiam coram eo tres illorum librorum combussit; propter reliquos vero sex idem pretium a rege postulavit, illo vero dissentiente tres alios statim concremavit; pro tribus tandem libris remanentibus eandem auri quantitatem a rege exigens, ille tandem admiratus valde, pariterque iudicans in illis codicibus res magni momenti conscriptas delitescere, totum pretium, quod illa postulabat, ei consignari fecit; haec, inquam, Sibylla de b. Virgine ista praedixit:

In teneris annis facie prae signis honore
Militiae aeternae regem sacra Virgo cibabit
Lacte suo, per quem gaudelont pectore summo
Omnia, et Eoo luclit sidus ab ore.

Sibyllam Europaeam haec carmina scripsisse refert Ferreolus de Maria Augusta:

Virginis aeternum veniet de corpore Verbum
Parum, qui valles, et montes transiet altos,
Ille volens etiam stellato missus olympo,
Electur modum pauper, qui cuncta silenti
Bexerit imperio, sic credo, et mente fateror,
Humano simul ac divino semine natus.

Sibylla Agrippina, eodem Ferreolo (lib. de Maria Augusta) id attestante, haec Matris et Filii praeconia cecinit:

Summus erit sub carne satus, carissimus atque
Virginis, et vere complebit viscera sanctum
Verbum consilio sine noxa spiritus almi,
Despectus multis; tamen ille saluti amore
Arguet et nostra commissa piacula culpa.
Cuius honos constans et gloria certa manebit.

Ad haec Plinius (lib. 17. suae naturalis historiae) hoc in Dei genitricis laudem profert Delphicum oraculum:

Assidua virtute decus sublime parate
Atque munus, sic mando, Deum qui cuncta gubernat
Coelestis residens solio, colite, atque timeite,
Illius aeternum atque omnia saecula Verbum
Nescia Virgo viri quondam partu tenera edet,
Quae velut igitur impulsa sagitta procellis
Edomitem reddet divino munere mundum:
Huius cui Mariae nomen sanctissima Mater
Agnoscit templum proprium sibi rite dicatum.

Hoc templum idololatrae falsae cuidam deae devotevales volorum; sed Zeno imperator anno a natali Domini 474, prosternit simulacris, pro sua pietate, illa falsa Dea exauctorata, sacratissimae Dei Matris iterum restitendum curavit, ut auctor est Cedrinus in historia, necnon et Bozius de signis Ecclesiae lib. 9. Accedunt ad haec, quae cecinit Virgilius:

Iam redit et virgo, redeunt saturnia regna,
Iam nova progenies caelo demittitur alto.

Nec non et alia permulta, quae Ovidius de Virgine adducit in lib. de Veneta ad eius commendationem.

§. III.

BEATAM PRAEDICANT MARIAM GENERATIONES
IUDAeorUM, ET HAERETICORUM.

Has generationes commemorans olim Salomon in Proverbiis (cap. 30) dixit: *Generatio, quae patri suo maledicit, et quae matri suae non benedicit: generatio, quae sibi munda videtur, et tamen non est lata a sordibus suis; generatio, cuius excelsi sunt oculi, et palpebrae eius in alba surrectae: generatio, quae pro dentibus gladios habet, et comandit molaribus suis, ut comedat inopes de terra, et pauperes ex hominibus.* His generationibus Spiritum sanctum opinor designasse generationes Iudaeorum, nec id est commentum meum, sed commentarium Glossae ordinariae, quae in hunc modum praedictum locum interpretatur: *Haec generationes, congregationes sunt Iudaeorum, et haereticorum: Iudaeorum generatio patri suo maledicit, qui ait: hic est filius meus primogenitus Israel, quando filium eius venientem in carne negavit: et matri suae non benedicit, id est Synagoga, cuius praescae fidei, quam in prophetis de Christo habuerat, detraxit. Novationianorum generatio videtur sibi munda, dicens, se poenitentia opus non habere. Generatio Ariarianorum excelsos habet oculos, et palpebras super Dominum cretas, dicens: si natus est, fuit tempus, quando non fuit filius: Generatio, quae pro dentibus gladios habet. Haec est, quae suam perfidiam aliis immittit conatur, et sicut corpora a gladiis, ita audientium animas veneno allocutionis occidit. Generationes tamen has reperio laudationis suae tributum beatae Virgini pendere. Nec istorum testimonium potest quispiam abiiciendum esse, cum iuxta Apostoli doctrinam (1. Tim. 3), utile admodum sit testimonium habere bonum ab his, qui foris sunt. Iudaei ergo, uti auctor est d. Bonaventura (in spec. Virg.), dixerunt hoc mirabile fuisse in Maria, quod cum esset pulcherrima, a nullo unquam viro fuit concupita. Petrus etiam Galatinus (de arcan. cathol. verit. c. 4) tradit, Rabbi Achados, quem magistrum sanctum Iudaei vocabant, dixisse: Sicut abacus est armarium, quod principes faciunt, ut auri, et argenti vascula in eo recondant, ita veque gloriam et opes cunctis ostendant; ita veque Messiae Mater erit armarium, quod Deus ipse construxit, ut Messias in ea sedeat, ad maiestatis suae gloriam mortalibus omnibus monstrandam: et addit Galatinus, priusquam Ieremiam, hunc Rabbini dixerit: Creavit Dominus novum super terram: femina circumdabit eum: et Rabbi Simeonem dixisse illud Salomonis (Cant. 4): *Tota pulchra es, amica mea, et macula non est in te.* Similiaque ex aliis libris Scripturae tribuit Rabbi Barachias, Rabbi Iodan, Rabi Moyses Adarsan, Rabbi Kimki,*

Rabbi Humna, et Rabbi Iodem, qui nulla in laudem Virgini edixere. Addo etiam quod maioris momenti est in prophetis litteris Isai. 7, et 8, et Ierem. 31. inveniri B. Virginem praegnantem et parientem Deum hominem, et prophetissam appellari, *Deum virum circumdantem, quae omnia alia encomia longe superat.*
Quod si ad haereticos sermonem convertamus, facile reperiemus, eorum archimagistros, veritatis vi coactos, necnon a verbis, et novi testamenti illustrissimis testimoniis convictos, multa ac praecelara Virgini encomia evulgasse, et quidem, ut a Manicheis exordiar, d. Thomas (3. sent. d. 4. q. 2) testatur, hos nonnulla supra commune humanum genus eximia encomia de B. Virgine praedicasse, eamque ad angelicam dignitatem sublimasse. Martinus Lutherus nostri temporis haeresiarca, Virgini alias vehementer infestus, sui veluti oblitus, hoc Mariae testimonium alicubi praebet: *Dignum et iustum erat Mariae personam ab originali peccato praeservari, de qua Christus sumptus erat carnen, quae omnia peccata superaret.* Eiusdem Lutheri illa quoque vox est: *Nulla mulier tamen sancta est, nec fuit, nec in posterum erit, quae fructum ventris sui benedictum parit, quod nulla extra voluptatem, et peccatum concipit.* Calvinus, perfidus Ecclesiae catholicae inimicus (in sua harm. Ecang.), hanc Virgini commendationem scripsit: *Nunquam de me, ut in Domino confido, audietur, quae averser Mariaem, erga quam minus bene affect, improbatum certum existimem iudicium: et infra subdidit: Quae supra omnes, quae regina est omnium, quam Deus prae omnibus honoravit, cui similis non reperitur alia, quid non assecuta, quod eminentissimum probet? Bucerus (in expos. prin. cap. in Matth.) haec inter alia habet: *Pius animus de Maria, vase tam sancto atque electo, ut Christum nobis pareret, non nisi sanctissima cogitabit.* Bullingerus (in serm. de B. Virg. Mar.) haec satis ab impio eius ore aliena protulit: *Si Maria benedicta est inter omnes mulieres, et beata ab omnibus praedicanda nationibus, infelices certe sunt Iudaei, qui ipsam nunquam convitiis incessere desinunt: infelices sunt pseudo-christiani, qui Iudaeis nihil meliores, sua laude ipsam spoliant. Ac tandem Ezecholampadius (serm. de laud. in Maria Deo), tot ac tanta de B. Virgine praeconia in lucem edidit, ut non ille, sed quispiam ex nostris catholicis loqui videatur: sic enim ait: *Recte admonet propheta, ut in sanctis laudemus Deum. In quo autem plasmate tam laudandus Deus, ut in Virgine Maria, quam hodie non solum inhabitare cum templum sacratissimum, sed ex ea, et in ea carne assumpta, homo fieri dignatus est? Coeli enarrant gloriam Dei, ne incendant; quem ipsi continere non poterant, Virgini utero clauditur. Obstupescant angeli, quod ipsis praeritit, rectorum ad Virginem divertit. Et quomodo non per Mariam laudabilis Deus, in qua se ostendit gravissime etc. et paucis interiectis: *Coelum est ornatissimum: pulchra ut sol, electa ut luna, clarior syderibus, foecundior terra, profundior abyssis, candidior liliis, odoratior rosis, humilior violis: et rursus: Proceras, ut palma in Aedes, exallata, ut cypressus in Sion, exallata ut****

platanus iuxta aquas, exallata ut cedrus Libani; et quis colligeret omnia? Quid iterum mirum, si figuris suis Scriptura nobis eam delineet, quas pii non explodunt, licet doctiores sublimiora, reconditoraque ex his hauriant mysteria? Recte et ipsa dicitur ardens rubus Moysi, virga Aaron, vellus Gedeonis, arca foederis, turris David, thronus Salomonis, hortus conclusus, fons signatus, porta clausa, vestimentum summi sacerdotis, atque aliis modis. At et ad humanas laudes transeundum. Quid ergo mirum, si dicatur, cum ita sit, quod fide vincat Abraham, patientia, longanimitateque Isaac et Jacob, castitate Ioseph, mititate David, maiestate Salomonem, religione Iosiam: et ut semel dicam, omnes numeris omnibus vincat, exaequatque ita in unoquoque virtutum genere, ac si solum illud persequi fuisset? Supervacuum foret eam conferre Sarae, Rebeccae, Racheli, Deborahae, Esther, et aliis sanctis mulieribus, quae et viros in tantum anteicit. Quin potius si coelestes, angelicaeque virtutes nobis cognitae essent, in eis liceret nobilitas cognoscere, quid illi eum unaqueque commune. Sed quae supra omnes, quae regina est omnium, quam Deus prae omnibus honoravit, cui similis non reperitur alia; quid non assecuta, quod eminentissimum probet? Haec omnia consulto ab hostibus Ecclesiae catholicae mutuavi; non quod illorum praeconia a sanctissimis aliqui viris laudatissima Maria indigeat, sed ut clarius innotescat illius Mariani vaticinii veritas: *Beata me decent omnes generationes:* tum ut pariter etiam illorum turpitudine magis appareat, qui ex eodem ore, ut aiunt, calidum efflant et frigidum; et ut aliter Prothens, in varias formas se mutant, nunc beatam Virginem ornantes, nunc deformantes. Unde doctissimus Canisius, ac de B. Virgine mirum in modum benemeritis, tam pie, quam sapienter, dixit: *Ego immortalis Deo singulares ago gratias, qui non solum ex ore infantium et lactentium, sed per iugulum etiam adversariorum, laudem suae Matri perfecti.*

§. IV.

BEATAM VIRGINEM PRAECLARIS EPIPHETIS, HONORIFICENTISSIMISQUE TITULIS, TAM GRAECI, QUAM LATINI PATRES FREQUENTISSIME COHONESTANT.

Ceterum, praetermissis multis aliis laudibus, quae beatae Virgini exhibuit generatio alicuius prava et exasperans, generatio quae non direxit cor suum, ut ait David (Psal. 77), veniam iam ad laudes, quas ei defert generatio rectorum, generatio quaerentium Deum, generatio casta cum claritate, generatio inquam sanctorum Patrum, qui non ex sanguinibus, neque ex voluntate carnis, neque ex voluntate viri, sed ex Deo nati sunt. Non tamen animus est, non dico omnes declamationes, paenegyricos, orationes, sermones, seu, homilias, et alia huiusmodi pene innumera, quae sancti Patres tam pie, quam vere in honorem Despatae scripsere, in medium adducere, cum impossibile sit; sed neque longa, quae ex illis potuissem mutare testimonia, referam, cum

ad id etiam oporteret ut in infinitum abiret oratio, sed solum illustrissima apponam epitheta, quibus sancti Patres, ac percelebes Ecclesiae doctores miram Virgini excellentiam toti orbi pandere conati sunt: ut enim illi omnes secundum cuiusque facultatem ad aedificium, et ornamentum arcae Propitiatorii munera donarunt, non secus Ecclesiae Patres ad exornandum Marianam vel Salomonis arcam, varia, eaque clarissima epitheta excogitantes, ea omnia illi obtulerunt.

In primis Methodius martyr celeberrimus Olympii et postea Tyri episcopus, Mariam vocat fidelium faciem, incenscripti creaturam, speciosissimi floris radicem, Creatoris Matrem, nutricem omnia nutrentis, comprehensionem omnia comprehendentis, gestatricem verbo suo universa portantis, purificatricem carbonis forcipem, bethemicam cisternam Davidem refocillantem, humanitatis Filii Dei indumentum, glorificatam, Deoque dignam sedem, dilectionis thesaurum, Spiritus sancti umbraculum, humane festivitatis principium, medium, et finem, pretiosam caelestis regni margaritam, uberrimum totius sanctitatis fontem, animalium altare, panem vitae, divinae charitatis promptuarium, Spiritus sancti umbrosam montem.

Rupertus Abbas (lib. de operib. Spirit. sancti cap. 8. et lib. 8. in Cant.), Dei patris sponsam, sanctae religionis magistram, virtutum operatricem, magistram magistrorum.

Origenes (hom. ex variis locis collecta), ecclesiasticae scholae apud Alexandriam princeps, Mariam, Regis caelestis domum immaculatam, coelestem thesaurum deitatis, vel, ut alii legunt, veritatis.

D. Chrysostomus (hom. 2. de patiente Iob et in sua Ilyburgia), columban in medio accipitrum, ova in medio luporum, stellam in medio nubium, liliam in medio spinarum, gemmen iustitiae in oppido iniquitatis.

S. Ignatius Martyr (lib. de viris illustr.), placidam et officiosam magistram poenitentiae, animalium Dei templum, anchoram, portuque lullissimum, in bello versantibus munissimum propugnaculum, et (in epist. ad Iohannem evangelistam), sacratissimum monstrum, et coeleste prodigium.

D. Bernardus (ser. 2. de Annunc. et ser. de Assumpt. Virg. et ser. 2. de Adventu Domini: et ser. 2. in die Pentec. et ser. 2. advent. et super Salve Regina), benedicti seminis augustam parentem, magnificum divinae gloriae templum, regis aeterni palatium, thalamum immaculatam, reginam coelorum, maris stellam, vitae genitricem, inventricem gratiae, dominam mundi, parentum reparatricem, posterorum vivificatricem, lignum vitae, quod solum fuit dignum portare fructum salutis, vitam regiam, per quam Salvator advenit, omnibus firmamentis firmus firmamentum, tubam per desertum, terram lacte et melle manantem, ovem, navem in medio maris, apotecham, rosam, margaritam.

D. Cyrillus Alexandrinus (hom. 6. co. Nest.) coram gravissimo Patrum coetu, et in Ephesino templo Deiparae dicato, Mariam compellat, exemplum universi terrarum orbis decus,

lampadem inextinguibilem, virginittis coronam, rectae fidei sceptrum, et normam, templum inviolatum, Ecclesiae fundatrix.

D. Damascenus (*orat. de dorm. Virgin. et in carn. eccles.*), Verbi matrem, paradisi reseratricem, dulcissimum Annae pignus fontem penrenniter fluentem, paradisi delitias, fidelium turrem.

Chrysippus presbyter Ierosol. (*serm. de S. Mariae Deipara*), solis ortum qui nullum ferre potest castum, lucis fontem, paradisi vitae, totius fragrantiae pratum, vitem uvae pulchras producentem, radicem omnium bonorum.

B. Andreas Ierosol. (*in explic. salut. angel.*), sanctam tellurem, ex qua novus Adam formatus est, sacrum Dei fermentum, ex quo Christi corpus tamquam panis conficitur, miraculum arum, ex quo coelestis agricultura suam sine semine spicam eduxit, laetitiae instrumentum, ornatissimum divinae gloriae templum, coelum in quo sol gloriae splendet, domicilium coelo praestantissimum.

Alter Andreas Cretensis (*in encomio de dorm. Virgin.*), christianorum propugnatricem, omnis sanctitatis thesaurum, et (*orat. de laud. Virg.*), declarationem oculorum, et profundorum, divinae incomprehensibilitatis summam, divinorum oraculum, divini archetypi imaginem.

Ezechiel presbyter Ierosol. (*ser. 2. de S. Deip.*), cathedram cherubicam, arcam latiore, longiorem, et illustriorem arca Noe, Trinitatis complementum.

D. Augustinus (*de fide ad Petr.*), vitae parentem, Evae advocatam, totius Trinitatis vivum tabernaculum, humani generis reparatricem.

D. Fulgentius (*serm. de laud. Mar.*), foenestram coeli, scalam coelestem, foeminarum restauratorem.

S. Laurentius Iustinianus (*serm. de nat. Mariae*), delinquentium spem, sanctitatis speculam, foederis arcam, fidei magisterium.

D. Anselmus (*lib. de excellen. B. Virg. cap. ult.*), coeli, et terrae summam dominam, et unicam dominatricem, super choros angelorum exaltatam.

D. Athanasius (*in evang. de sanctiss. Deip.*) regeneratricem, et heram.

D. Epiphanius (*ser. de laud. Virg.*), clybanum intellectualem, qui ignem, et panem vitae caelidum mundo in usum attulit, mensam virginem optimis quibusque cibis abundantem, splendidam lucernam relucenstem, candelabrum aeneum, purpuram regiam, quae coeli, et terrae regem induit, librum incomprehensum, qui Verbum Patris mundo legendum exhibuit, vitem veritatis fertilissimam, et non vindemiatam.

S. Ephrem diaconus ecclesiae Edessanae (*orat. de laud. Mariae*), patrum spem, gloriam prophetarum, apostolorum praecursorum, martyrum honorem, sanctorum laetitiam, lumen studiosorum, cartham divinisimam, solatium mundi, orphanorum susceptionem, praestantissimum orbis terrae miraculum.

D. Gregorius Magnus (*lib. 1. exposit. in lib. 1. Reg. c. 1.*), montem in vertice montium.

Chrysologus (*ser. 140.*) matrem viventium per gratiam.

Irenaeus (*lib. 5. contra haeres.*), salutis causam.

B. Damianus (2. et 3. de nat.), totius salutis exordium.

Timotheus presbyter Ierosolomitanus (*ora. de proph. Simeo.*), signum contradiotionis.

D. Hieronymus (*in Psal. 71.*), lucidam nubem.

Sanctus Germanus patriarcha Constantinopol. (*in Psal. 44.*), virginem illustrem, coelum, et sedem Dei, omnis puritatis receptaculum.

S. Sergius patriarcha (*de Mariae Nat.*), tenebrarum expultricem, immortalitatis fontem, corruptionis interitum, receptaculum divinitatis.

Proclus episcopus Cizicenus (1. to. conc. Ephesin.), impollutum et purum illibatae virginittis thesaurum, decus, et ornamentum secundi Adam, paradisi unitarum inter se naturalium officinarum, pontem, per quem Deus ad homines descendit.

Hidelfonsus (*lib. de virg. Mariae*) multis ex praedictis epithetis Mariam exornat, illud tamen singularissimum addit, qui ut perpetua illius virginem integritatem declarat, vocavit eam, *aeternitas virginittis*, epithetum sane omni acceptione dignum.

D. Antoninus (4. p. summ. tit. 15. cap. 23), virginum primicerium.

Dionysius Richelius (*lib. 2. de laudib. Virg. art. 23.*), singulare perditorum refugium, advocatam omnium iniquorum ad ipsam confugiunt, Mariam christiferam.

Giselbertus D. Anselmi discipulus (*in chron. centuria. 10. ca. 10.*), Matrem matrum, Virginem virginum, stellam stellarum, sacrarum Spiritus sancti, Virginem florentissimam, vitam et moribus praecellentissimam.

Innocentius Papa (*in hymn. B. V.*), angelorum imperatricem, Virginem dulcem, et sereneam.

Sacra deinde Scriptura illam designat, et appellat per varios tropos et metaphoras, Evam, Mariam sororem Moysi, Rebecca, Iudith, Esther, Saram, Abigailem, Sunamitidem, et Susannam, Salomonis thronum, et templum, arcam Noe, arcam testimonii, arcam testamenti, hortum conclusum, columbam, Virgine esse, domum sanctam, tabernaculum sanctificatum Altissimi, terram benedictam, rubum ardentem incombustum, montem, scalam Iacob, vellem Gedeonis, portam clausam, electam, ut solem, pulchram, ut lunam, terribilem, ut castrorum aciem ordinatam, nubem lucidam, propitiatorum, aulam regiam, thalamum, lectulum floridum, turrem David, liliun inter spicas, olivam fructiferam, cedrum, palmam, cinnamomum, platanum, et rosam Ierichintham, myrrham electam, virgam Aaronis, mulierem sole amictam, mulierem sala tritu fermento commiscenstem, civitatem Sion, petram.

Ac tandem B. Damianus (*ser. 2. de Nat.*), et S. Gregorius Nazianzenus (*orat. de Christopat.*) vocant b. Virginem Deam, non quia deitatem habeat, sed quia inter omnes puras creaturas praestantissima omnium deitatis imago sit. Scio a nonnullis istud horum Patrum epithetum impeli, et morderi: verum si illos Scriptura deos appellat, ut Christus Dominus dixit (*Joan. 10.*) ad quos sermo Dei factus est; cur non Deam appellare licebit, in qua Verbum Dei caro factum est? Et si Moyses etiam vocatus est deus Pharaonis (*Exod. 7.*) *Ego te constitui deum Pharaonis*; quid mirum, si sancti Patres Dei matrem Deam compellent; Deam inquam per participationem, et strictiorem cum Deo coniunctionem, maioremque quam ulli creaturae fuerit communicata, similitudinem? Verum tamen est, quod cum sermo habetur cum insipientibus et rusticis, melius est a Deo appellatio abstinere, ne alicuius erroris ansam illi sumant, unde Petrus Cluniacensis, quem d. Bernardus valde praedical, non suo tantum, sed totius Ecclesiae catholicae nomine, quam defendit, ait: Damul Ecclesia Collyridianos Mariam pro Deo colentes, et quod illam loco numinis adorandum esse putarunt, sicut Epiphanius (*lib. con. Antid. comar.*) adnotavit: *Locus autem Epiphanius habetur ubi haec scripsit verba: Non coelitus venit Maria cum corpore suo, neque Deus est, sed ex conceptu, et complexu viri et mulieris carnem accepit.*

pellat, ut Christus Dominus dixit (*Joan. 10.*) ad quos sermo Dei factus est; cur non Deam appellare licebit, in qua Verbum Dei caro factum est? Et si Moyses etiam vocatus est deus Pharaonis (*Exod. 7.*) *Ego te constitui deum Pharaonis*; quid mirum, si sancti Patres Dei matrem Deam compellent; Deam inquam per participationem, et strictiorem cum Deo coniunctionem, maioremque quam ulli creaturae fuerit communicata, similitudinem? Verum tamen est, quod cum sermo habetur cum insipientibus et rusticis, melius est a Deo appellatio abstinere, ne alicuius erroris ansam illi sumant, unde Petrus Cluniacensis, quem d. Bernardus valde praedical, non suo tantum, sed totius Ecclesiae catholicae nomine, quam defendit, ait: Damul Ecclesia Collyridianos Mariam pro Deo colentes, et quod illam loco numinis adorandum esse putarunt, sicut Epiphanius (*lib. con. Antid. comar.*) adnotavit: *Locus autem Epiphanius habetur ubi haec scripsit verba: Non coelitus venit Maria cum corpore suo, neque Deus est, sed ex conceptu, et complexu viri et mulieris carnem accepit.*

§. V.

ECCLESIA CATHOLICA AB EIUS PRIMORDIIS MULTIS LAUDIBUS ET OBSEQUIIS HONORAT B. VIRGINEM.

Tandem Ecclesia catholica romana, quam fide divina docemur a Spiritu sancto regi, et gubernari, variis modis Deiparam Virginem beatam commendat: nam d. Petrus princeps apostolorum in sacrificio missae, primus Virginis commemorationem introduxit, ut constat ex liturgia latina, seu romana, quam beati Petri esse tradit Leo III. Pontifex Maximus (*in epist. ad Michae. c. 5.*) et post illum d. Thomas (3. p. sum. q. 78. ar. 2. ad 4): d. Iacobus in liturgia, quam eidem, ut habetur (*de consecr. dist. 1.*) Deiparae Virginis frequentissime et laudatissime meminit, appellans illam pretiosorem quam cherubim, gloriosorem quam seraphim, subtingensque deinde: *Commemorationem agamus sanctissimae Immaculae gloriosissimae benedictae Dominae nostrae Matris Dei, et semper Virginis Mariae.* Deinde Ecclesia catholica in officio romano frequenter Virginis commemorationem agit. Officium etiam parvum, quod vocant, in laudem b. Virginis composuit. Varia illius celebrata festa, immaculae conceptionis, natiuitatis, praesentationis, annunciationis, visitationis, purificationis, assumptionis, nivium, et rosarii, praeter alia specialia, quae in variis mundi regionibus celebrantur, ut expectationis parvulus, transfixionis, et simillium quae in Hispania coluntur. Item d. Iohannes apostolus Antiaradi Tripoleos, ut auctor est Volaterranus (*lib. 2. Geogr.*), Adrianus Iunius (*in sua nomencl.*), et Thomas Uvaldensis (*cap. 84.*) d. etiam Iacob templum aliud erexit b. Mariae, ut tradunt Vaseus in chronico Hispaniae: Hieron. Blanca (*in com. rer. Arag. CARTHAGENA de B. M. V. — Vol. I.*

ad ann. 1118), Sigonius (*in hi. Ita.*) et Bozaies (1.9. de sign.). Consequit etiam singulis diebus ter pulsare, ad recitandam salutationem angelicam. Variis utitur litaniis ad Virginem commendandam. Permutas instituit sacras religiones in eius cultum et honorem, in quarum numerum primum refero Ordinem Velleris auri a Philippo duce Burgundiae originem ducentem, cuius meminit Iacobus Meiers (*lib. 26. annal.*) Flandriae ad annum 1421. Ordinem Cluniacensem, de quo Genebrardus (*lib. 4. Chron.*), Bergomas (1.1. suppl.), et Chronicon Cluniacense: Ordinem Praemonstratensem, de quo Aubertinus in Chronico Praemonstratensium, Laurentius Surius, Azorius, et alii. Ordinem Carmelitarum, ut tradunt Hieron. Platus (*lib. 1. de bon. stat. relig. c. 44.*) Joseph Antiochenus (*in spec. perf. Milit. primat. Eccles. 12.*) Iohannes Roblius (*de antiqu. Carmel.*), Iohannes Bonifacius (*lib. 2. Virg. hist. cap. 3. et lib. 4. cap. 14.*) Ordinem Servorum b. Mariae in Italia vigentem, cuius meminit Poldorus (*lib. 7. de invent. cap. 4.*), Philippus Bergomas (*in supplem. lib. 13.*), Bozius (*lib. 9. de signis cap. 8.*), Iohannes Azorius (*lib. 12. instit. Moral. cap. 23.*) Ordinem Theutonico- rum, ut testantur Genebrardus (*in Chron.*), Poldorus (*de inventione c. 5.*), et Bozius (*cap. 8.*) Ordinem militum de Avis, ut referunt Mariand (*lib. 1. Vigni vitae cap. 73.*), Iohannes Ariand (*lib. 11. de reb. Hispan. cap. 6.*) Andreas Resendius (*lib. de antiqu. Ebor. cap. 16.*) Ordinem redemptionis captivorum, seu de Mercede, a Iacobo Aragoniae rege, cognomento sancto, institutum, cuius mentionem faciunt Cassenus (*par. 9. consid. 4.*), Vaseus (*in Chronico Hispaniae c. 18.*), et in genealogia rerum Aragon: Ordinem s. Mariae Montessae, ut scribunt Poldorus (*lib. 7. cap. 5.*), Hieronymus Blanca (*in Chronico Hispan. ad annum 1291.*) Ac tandem religionem monialium immaculae conceptionis nuncupatam, cuius praecleara monasteria in Hispania florent. Innumeram tandem instituit confraternitates in honorem b. Virginis, inter quas celeberrima est illa, quae nomine rosarii insignita apud Patres praedicatoris sanctissimi patriarchae Dominici filii miltice videt. Ad haec nemo ignorat diem sabbati in Virginis honorem dicari, variasque antiphonas ad eius laudem tunc cantari, ieiunia et peregrinationes singulis annis in eius cultum pie et religiose a catholicis fieri. D. Thomas (1. 2. q. art. 5 ad secundum) ait, festorum solemnitates institutas fuisse in actionem gratiarum pro aliquo beneficio suscepto; unde cum primum beneficium fuerit creationis, in huius beneficii gratitudinem iussit Dominus sabbatum ad Hebraeos celebrari (*Exod. 20.*) *Memento, ut diem sabbati sancti fices.* Ratio autem, quam sacer textus assignat, ut sabbati dies ei consecraretur, fuit, quia *requievit Deus in die septimo ab omni opere quod patrarat.* Non solum autem Deo festa dicantur, sed et sanctis eius propter participationem deitatis, quae in eis effulget. Unde (*Act. 4.*) Gentiles videntes Lystris mirabilia, quae operabatur apostolus Paulus, et Barnabas, venerati sunt illos dicentes: *Diis similes facti hominibus descenderunt ad nos, et continuo sacerdos Iovis venit secum ducens tauros, qui*

illis immolarentur, et diademata, quibus eorum capita in altariis redimerentur. Hinc ergo est, quod cum b. v. participatione deitatis longo intervallo omnes sanctos antecellit, excellentior religionis cultus ei debetur. Et ideo Ecclesia catholica quasi tributum dierum ei persolvens, singularum hebdomadarum singulos dies sabbati et sanctificat, commutans festum actionis gratiarum propter beneficium creationis mundi in actionem gratiarum propter beneficium creationis Matris Dei, quae fuit novus mundus abbreviatus, excellentior et capax mundo elementari, siquidem quem coeli coelorum capere non poterant, illa utero suo conclusit. Sed quare magis diem sabbati ad hoc elegit, quam alium quemlibet totius hebdomadae, variae possunt congruentes satis assignari causae. Prima, quia sicut sabbatum fuit dies, in quo *Deus requievit ab omni opere quod paravit*, ita in utero Virginis delitescens requievit, ut ipsa testatur, dicens (*Eccles. 24*): *Qui creavit me, requievit in tabernaculo meo*. Secunda, quia diem sabbati prae ceteris omnibus diebus Deus specialiter sanctificaverat, fecerant suam benedictionem ei largiens (*Exod. 20*): *Benedixit Dominus diei sabbati, et sanctificavit eum*. Tertia desumi potest ex Alberto Magno (*sup. Miss. c. 202*), qui loquens de benedictione sabbati inquit: *Est autem ista benedictio operum consummatio; in beatissima autem Virgine fuit perfecte operum consummatio, quia omnia creata in uno homine uniantur cum Creatore, et primum fit ultimum, et ultimum primum*. Ultima tandem ratio sit: quia b. Virgo est sabbatum illud delicatum, de quo Isaias (c. 56): *Vocaberis sabbatum delicatum, et sanctum Domini gloriosum*; et ideo quasi iure suo sibi vindicabat diem sabbati sibi consecrari. Quod si, ut refert Ioseph (*de bel. Iud. lib. 7. c. 24*), per medium duarum civitatum magnus quidam fluvius pertransit, qui die sabbati copiosior, et impetuosior torrente ducit, omnibus fontibus, qui ab eo originem ducunt, largissimas aquas tribuens: nomen autem fluvii huius est *sabbaticus*, qui die sabbati potentiam suam ostendat, aquarum suarum thesaurus liberalissime profundens: non secus cum beatissima Virgo singulis diebus invocantibus illam propitiis se exhibeat, die tamen sabbati, quia specialiter ei sacralis est, copiosioribus gratiarum imbribus filiorum suorum animas irrigat, et liberalius munera sua eis impertitur. Quando vero, et ob quam causam sacer hic dies b. Virginis factus fuerit, non est una omnium sententia. Canisius (l. 5. c. 29) ex sententia Petri Dam. caepisse ait a Greg. VII. Pontifice Max. Raven. (*lib. 5. hist.*), et Arnold. (l. 5. *lignae vitae* c. 20) ad tribunal Concilii Claramontano sub Urbano II. anno 1096. quod et acceptat Rutilius Episc. (*in Magnif. lib. 22. dub. 7*). De causa vero huius institutionis sic loquitur Bernardus (*lib. de passion. Domini*): *Maria, quae sola benedicta est in mulieribus, sola per illum tristem sabbatum stetit in fide, et salvata fuit Ecclesia in ipsa sola; propter quod aptissime in laudem et gloriam eiusdem Virginis diem sabbati per totius anni circulum celebrari consuevit*. Suffragatur Bernardo assertor de fide in sola vir-

gine Alex. Alen. (*p. 3. q. ult. ar. 2*), Durandus (*l. 4. die. off. c. 1*), Turrecrem. (*lib. de eccl. c. 13. et l. 3. c. 6*), et Caiet. (*l. 6. ration. die. off. c. 7*); sed pauciorum doctorum dixerim, periculosum iudico asserere in sola Virgine tunc mansisse veram fidem, tum quia pro illo tempore Ecclesia perisset, quia Ecclesia non est una persona, sed populum, et regnum, seu congregatio fidelium: non ergo potest consistere Ecclesia catholica uno solo fidei existente, sed ex pluribus, ut minimum duobus coalescere debet, tum etiam quia illi qui absentes erant a Ierusalem, et usque ad illud tempus habuerunt veram fidem, mox illam amisissent sine sua culpa, quod est evidenter falsum. Durandus tamen (*lib. 4. ration. die. off. c. 1*) ait, olim in quadam ecclesia civilitatis Constantinopolis fuisse imaginem B. V. coram qua dependebat velum lotam veans imaginem, quod in sexta feria post vesperras nullo movente recedebat, ut ad plenum posset conspici imago; celebratis vero vespers in sabbato iterum illam cooperiebat; hoc ergo insigne miraculum sabbati dies sacrum fuit. Non incongrue etiam dici posset hoc factum fuisse, ut solemnitas matris solemnitas filii, quae in dominica celebratur, copularetur: ecce igitur quam veraciter b. Virgo verba illa protulerit: *Beatum me dicent omnes generationes*. Quod attento animo perpendens insignis ille Car. Ioannes Turrecremata (*lib. de Concept.*) in haec Mariana laudis verba prorupit: *Felix, quam angeli laudibus prosequuntur; felix, quam apostolorum chorus honorat; felix, quam martyres candidati beatificant; felix, quam sanctorum confessorum stolatus celebrat numerus; felix, cui sanctarum Virginum cum suis palmis exultans occurrit exercitus; felix non solum ex ore infantium et lactentium, sed per ingulum etiam adversariorum Deus laudem perfecit; felix, quam non tantum ecclesiae iustorum, sed etiam congregationes haereticorum honoribus prosequuntur, enormis illustrant; haec ille. Sed dicit quispiam: qui fieri potest, ut haec omnia verificentur, cum de paganis et haereticis praecipue conquereatur b. Virgo dicens: *Filii matris meae pugnaverunt contra me; et non tantum isti, sed et custodes murorum, qui circumveant civitatem, invenerunt me, percusserunt me, vulneraverunt me, tulerunt pallium meum*: quomodo ergo beatam illam dicunt omnes generationes? nisi forte depraeactionem, percussionem, et infandum bellum dixerit beneficentem, laudem, et honorem: *filii*, inquit, *matris meae*, qui fonte baptismatis tanquam filii Ecclesiae renati, ab ea tamen degenere facti, pugnaverunt contra me, scilicet telis mendacii, acutenes linguas suas contra me sicut serpentes: *custodes murorum* impii, blasphemii, et damnatae fidei haeretici, non homines, sed hominum sex, ac putrida sentina, *invenerunt me*, et tulerunt pallium meum, pallium laudum, pallium honoris, quo a filiabus Sion, animabus scilicet iustis, fueram exornata. Talis pallium meum impius Lutherus, dum meum cultum labefactare contendit; tulit pallium honoris meo Calvinus, qui eos, qui me honorificis nominibus honestant, atrocem Deo iniuriam facere iudicavit; depilavit Buccerus peritissimos meo scrip-*

tores, summos Dei blasphematores reputans; spoliavit me Ecolampadius hyperduliae cultum mihi exhibitum idololatricum esse garricus: taceo Ioannis Machachi fodam prociadentem, Covvini virulentam linguam, Vigandi, Brentii, ceterorumque huius farinae hominum impudentiam adversus me oblatrantium: si haec ita se habent, ubinam sunt laudes omnium generationum, ubi turris davidica, ex qua mille clarypei ad eius defensionem pendeant? ubinam sexaginta fortes ambientes lectulum Salomonis? ubi archangelus Gabriel illi assistens, et reliqui angeli in ministerium Dei parae divinitus signati, qui venenatas adversus eam et sibilantes linguas praecidant? ubi tandem fortitudo mulieris illius, quae ex divino oraculo caput daemonis contritura erat? Bifariam huic difficultati satisfaciendum duxi; primo, quod, ut superiori homilia adnotavi, verba illa Virginis (*Luc. 1*): *Beatum me dicent omnes generationes*, non important universitatem pro singulis generum, sed pro generibus singulorum. Secundo, quod aliquando omnes generationes erant *unum oculo, et unus pastor*, sub uno capite Christo; et tunc omnes generationes b. Virginem praedicabant, ut observavit d. Antoninus (*4. p. sum. tit. 15. cap. 24*) qui ait: *Et in fine convertebantur ad vespem, circumbant civitatem Ecclesiae ad veritatem fidei recipiendam, plane beatam dicent eam omnes illae generationes; non enim praeteribit generatio haec, ait Iesus, donec omnia fiant*. Cui sit honor et gloria in saecula saeculorum. Amen.

HOMILIA XVIII.

Elucidantur verba illa: Quia fecit mihi magna, qui potens est, et sanctum nomen eius: ubi duo praesertim ostenduntur, primum, quae sint ista magna, quae Dei omnipotentia Virgini fecit: secundum, per sanctum nomen eius, intellectus Dei parum Verbum divinum incarnatum.

Inter alia magna, quibus mirabilis Dei omnipotentia Dei parum Mariam significavit, illud satis nobis exploratum est, quod sicut nemo Dei magnitudinem comprehendere valet, ita nec Mariae magnitudinem et excellentiam eius ad mensuram quispiam redigere potest: unde sicut de Deo, ita de Virgine suo modo veracissime dicitur illud Ecclesiastici (c. 18): *Quis sufficit enarrare opera illius? quis investigabit magnalia eius? virtutem autem magnitudinis eius quis annuntiat?* Ut tamen magnitudinem hanc, quod facultatis nostrae parvas pertingere possit, alius repetamus, ab aeterna Virginis praedestinatione exordiamur. Magnam quidem fuit, immo et reliquorum omnium magnorum, quae magnalium quae in Virgine Dei potentia effecit, fons et origo, quod inter omnes parvas creaturas primum in aeterna praedestinatione, ac principem locum teneat: ideo enim primogenitam Dei se vocat (*Eccle. 24. ubi*): *Prinogenita ante omnem creaturam*: ideo etiam

in omni populo, sublim, et in omni gente primatum habuit: fuit autem praedestinata ad dignitatem matris Dei, quia quidem praedestinatio praeter eam, quae Christus praedestinatus est, ut esset Filius Dei naturalis, nulla sublimior atque excellentior, tametsi fingendi facultas delur, excogitari potest.

Magnum, quod eo tempore quo Christus Dominus angelis in spiritu praestensus fuit, ut illum adorarent, sicut docuit d. Bernardus (*se. 17. in Cant.*), eodem etiam praestensus fuit et mater, ex qua carmen sumpturus erat, illamque hyperduliae cultu adorantem: unde Iob (c. 38) in persona eius ait: *Cum me laudarent simul astra matutina, et ibilarent omnes filii Dei*. Magnam etiam fuit, quod variis figuris et imaginibus copiosius, quam ulla unquam creatura esset praenolata et adumbrata: eam enim designavit Eva in iustitia originali creata, Sara mater obedientissimus Isaac, Rebecca mater supplantatoris, Rachel plechitudine conspicua, Lia fecunditate insignis, Maria soror Moysis, divinarum laudum tympnistria, Ruth, cui dictum est (*cap. 3*): *Benedicta es flia tu a Domino*: Iudith, quae caput Holofernis amputavit, et cui Ozias princeps populi Israel dixit (*Iudith 13*): *Nomen tuum ita magnificatum est, ut non recedat laus tua de ore hominum, qui memores fuerint virtutis Domini*: Abigail prudentissima, quae regem David placavit: Sunamitis, virgo pudicissima, quae regem calefeci: Esther, quae pro populo mortis aditico intercessit: Sasanna, cuius castitas divinitus fuit comprobata, et illam labefactare conantes occisi, quia memfisi sunt in caput suum, ut dixit Daniel: Debora, quae filios Israel erudiebat: paradus voluptatis a Cherubino custoditus: thronus Salomonis mirifice elaboratus: templum eiusdem, in quo malleus, nec serra audita sumt: arca Noe, quam inundantes aquae diluvii submergere non potuerunt: arca diluvii, in qua virga Moysis, tabulae legis, et manna coeleste servabantur: tabernaculum sanctificatum Altissimi: propitiatorium, in quo Deus oracula reddebat: rubus ardens incombustus, in quo Dominus latebat: scala Jacob, quae summitate sua coelum tangebatur: velus Geodonis, in quod coelestis ros descendit: porta Ezechielis clausa: lectulus floridus Salomonis miram fragrantiam spirans: turris David ab hostibus nunquam expugnata, quia mille clarypei dependebant ex ea: fulgentissimus sol, qui luce nunquam caruit: luna splendidissima, quae mater roris est, et super mare dominatur: nubes lucida coelestem pluviam emittens: tandem salia tria fermento commiscens; ac mulier si omnes typos Marianae praefigurantes recensere vellem, pagina potius, quam materia mihi deberet.

Magnum certe, quod ab infocendis et senio confectis parentibus non absque miraculo progeneretur, ut tradit d. Hieronymus (*de ortu Virg.*), et d. Cyprinus (*de laud. Vir. in Assum.*): magnam quod ante patribus caelitus fuit re-promissa, ut testatur Bernardus: magnam, quod absque peccati macula originali concepta: *Ipse creavit eam in Spiritu sancto*: magnam, quod ex tunc usum liberi arbitrii praedita, et in ea